ſtares potẽtiã tuã. 10
Increpauit mare rub
rũ,&exſiccatũeſt:tra
duxit eos pabyſſos,ac
ſieſsẽt in deſerto: 11 li-
berauiteos d̃ manib⁹
inimicorũ,& red̃mit
eos è manib⁹odiẽtiũ,
12 &clauſit aquasſup
cõtriſtãtes eos, & nõ
remãſit vn⁹ex eis; 13
&crediderũt ſermo-
ni ei⁹, & glorificaue-
rũt laudationẽ eius.

لهم

14 Tum feſtinarunt,
&obliti ſunt operum
eius, nec expectaue-
runt voluntatẽ eius.
15 Cupierũt cupidi-
tatẽ in deſerto, tenta
uerũt Deũ vbi nõ e-
rat aqua. 16 & dedit
eis petitionẽ eorũ, &
miſit ſaturitatẽ ani-
mab⁹ eorũ. 17 Irrita
uerunt Moyſẽ in ca-
ſtris, & Aaronẽ ſãctũ
Dñi. 18 Et aperta eſt
terra, & deglutiuit
Dathan, & concluſit
ſuper cõgregationẽ
Abiron, 19 & accẽſus
eſt ignis in cœtibus
eorum, & combuſſit
flamma peccatores.
20 fecerunt vitulũ in
Horeb, & adorauerũt
ſculptile, 21 & muta
uerunt gloriã ſuam
cũ ſimilitudine vitu
li comedentis herbã:

14 ثُمَّ أَسْرَعُوا فَنَسُوا أَعْمَالَهُ وَلَمْ
يَنْتَظِرُوا إِرَادَتَهُ 15 اشْتَهَوا شَهْوَةً
فِي الْبَرِّيَّةِ جَرَّبُوا اللهَ حَيْثُ
لَا مَاءَ 16 فَأَعْطَاهُمْ سُؤَالَهُمْ وَ
أَرْسَلَ شِبَعًا لِنُفُوسِهِمْ 17 أَغْضَبُوا
مُوسَى فِي الْمُعَسْكَرِ وَهَرُونَ
قِدِّيسَ الرَّبِّ 18 وَانْفَتَحَتِ الْأَرْضُ
وَابْتَلَعَتْ دَاثَانَ وَأَطْبَقَتْ عَلَى
جَمَاعَةِ أَبِيرُونَ 19 وَاشْتَعَلَتْ نَارٌ فِي
مَحَافِلِهِمْ فَأَحْرَقَ اللَّهِيبُ الْخُطَاةَ
صَنَعُوا عِجْلًا فِي حُورِيبَ وَسَجَدُوا
لِلْمَنْحُوتِ 21 وَبَدَّلُوا مَجْدَهُمْ
بِشِبْهِ عِجْلٍ يَأْكُلُ عُشْبًا

22 ونسوا الله الذي نجاهم
وصنع العظايم بمصر والعجايب
في ارض حام والمخوفات في
البحر الاحمر 23 قال انه يهلكهم
فلولا موسى صفيه قام بين يديه
بالتوبة 24 ليصرف سخطه ليلا
يستاصلهم ورذلوا الارض
الشهية 25 ولم يومنوا بكلمته
وزمزموا في مضاربهم ولم
يسمعوا قول الرب 26 فرفع
يده ليهلكهم في القفر ويفرق
ذريتهم في الامم 27 ويبددهم
في البلدان 28 لانهم قربوا الاوثان

22 & obliti sũt Deũ,
qui liberauit eos, &
operatus eſt magna-
lia in Aegypto, & mi
rabilia ĩ terra Ham,
& terribilia in mari
rubro. 23 Dixit ſe
perditurum eos, niſi
Moyſes electus eius
ſtetiſſet ante ipſum
cum pœnitentia, 24
vt auerteret irã eius
nẽ eradicaret eos. Cõ
tempſerunt terrã de
ſiderabilem, 25 nec
crediderũt verbo e-
iꝰ, & murmurauerũt
in tentorijs ſuis: & nõ
audierũt ſermonem
Dñi. 26 Et eleuauit
manum ſuã, vt per-
deret eos in deſerto,
27 & diſpderet gene
rationẽ eoꝝ inter gẽ-
tes, & diſſiparet eos
in regiones: 28 qa ip
ſi ſacrificarũt idolis

Phagor, & mãducauerũt ſacrificia mortua,
29 & irritauerũt
eũ opib⁹ ſuis, & multiplicata eſt mors ĩ eis
repẽte.
30 Surrexitq; Phinees, & remiſſionẽ impetrauit eis, &
ablata ẽ mors ab eis,
31 & reputatũ ẽ illud
ei iuſtitia, ĩ generationẽ poſt generationẽ,
ĩ ęternũ.
32 Tũ ꝓuocauerũt eũ ad iracundiã apud aquã cõtentionis: & paſſ⁹ ẽ Moyſes pp eos, eò ꝙ iraſci
fecerũt aĩam eius.
33
Et ꝑcepit eis verbis labiorũ ſuorũ, & ñ eradicarũt gẽtes, quas ꝑ-
cepit eis Dñs.
34 Et
cõmiſti sũt cũ populis, & edocti sũt opera eorũ, & coluerũt idola
eorũ, fuitq; eis offẽſio
35
Mactarũt filios ſuos

فاغور وأكلوا ضحايا الميتة 29
وأسخطوه بأعمالهم وكثر الموت
فيهم بغتة 30 فقام فنحاس
واستغفر لهم فارتفع الموت عنهم
31 فحسب له ذلك برا الجيل بعد
جيل الى الأبد 32 ثم أسخطوه
على ماء الخصام وألم موسى
لأجلهم لأنهم أغضبوا روحه
33 وأوصاهم بكلام شفتيه فلم
يستاصلوا الأمم الذين أمرهم
الرب 34 فاختلطوا بالشعوب
وتعلموا أعمالهم وعبدوا أوثانهم
فكانت عثرة لهم 35 وذبحوا بنيهم

وبناتهم للشياطين 36 وسفكوا
دما زكيا دم بنيهم وبناتهم ضحية
للشياطين ضحوا لاصنام
كنعان 37 ودنسوا الارض
بالدماء وتنجسوا باعمالهم وزنوا
بافعالهم 38 فاشتد غضب
الرب على شعبه ورذل ميراثه
39 واسلمهم في ايدي الشعوب
وسلط عليهم شناتهم 40 و
استعبدهم اعداوهم وخضعوا
تحت ايديهم مرارا كثيرة
نجاهم 41 وهم يسخطونه
بافكارهم وذلوا بسياتهم 42 وراهم

filiaſq; ſuas dęmoni-
bus, 36 & effuderunt
ſãguinẽ innocẽtem,
ſãguinẽ filiorum ſuo
rũ, ac filiarũ ſuarũ ſa
crificiũ dæmonibus;
immolauerũt idolis
Canaan, 37 & pollue
runt terrã ſãguinibꝰ,
& polluti ſunt opera
tionibꝰ ſuis; & fornica
ti sũt opib. ſuis: 38 & ĩ
ualuit ira Dñi aduer-
ſus populũ ſuũ, & cõ-
tempſit hęreditatem
ſuã, 39 & tradidit eos
manibus populorũ,
& dominari fecit in
eos oſores eor̃, 40 &
ĩ ſeruitutẽ redegerũt
eos inimici eor̃, & ſub
iecerunt ſe manibus
eorum. Multis vici-
bus liberauit eos, 41
& ipſi irritabant eũ
cogitationibꝰ ſuis, &
humiliati sũt ĩ ſceleri
bus ſuis. 42 Vidit eos

in perſecutione eo-
rum, & exaudiuit pe
titionem eorum. 43
Recordatus eſt pa-
ctum ſuum, & miſer
tus eſt eis,& circum-
dedit eos multitudo
pietatis eius 44 corã
ijs, qui captiuarunt
eos. 45 Salua nos , ô
Domine De⁹ noſter,
& collige nos de gen
tibus, 46 vt gratias
agamus nomini tuo
ſancto, & gloriemur
in laudatione tua. 47
Benedicatur Domi-
nus ſanctus, Deus Iſ-
raël ex nunc,& in æ-
ternum.Dicat omnis
populus Amen Am̃
Amen. Alleluia.

في اضطهادهم فاستجاب
طلبتهم 43 ذكر عهده فرحمهم
واكثفهم كثرة رافته
44 امام الذين سباهم 45 خلصنا
يا رب يا الهنا واجمعنا من الامم
46 لنشكر اسمك القدوس
ونفتخر بتسبحك 47 تبارك
الرب القدوس اله اسرائيل
من الان والى الابد يقول
جميع الشعوب امين امين امين
الليلويا

المزمور السادس والماية

1 اشكروا الرب فانه صالح
والى الابد رحمته 2 تقول الذين
خلصهم الرب وانقذهم من
ايدي مضطهديهم بعض
البلدان جمعهم 3 ومن المشرق
والمغرب ومن البر والبحر 4
ضلوا في قفر حيث لاماء لم
يعرفوا طريقا الى مدينة
يسكنونها جاعوا وعطشوا فنيت

PSALMVS Centeſimus ſextus.

1 Gratias agite Domino, quoniam bonus, & vſque in æternum miſericordia eius. 2 Dicent quos ſaluauit Dominus, & redemit eos de manibus perſequentium eos, & de regionibus collegit eos, 3 de Oriente, & Occidente, & de terra & mari: 4 errauerunt in deſerto vbi non erat aqua: non cognouerunt viam ad ciuitatem, quam inhabitarent: 5 eſurierunt, & ſitierunt: conſumptæ ſunt

animæ eorum in
ipſis . 6 Clamaue-
runt ad Dominum
in neceſſitate ſua,
& liberauit eos de
tribulationibus eo-
rum , & eduxit eos
de tenebris, & vm-
bra mortis, 7 & di-
rexit eos ad viam re-
ctam , vt venirent
ad ciuitates habita-
tas . 8 Gratias agant
Domino de miſera-
tionibus eius , & mi-
raculis eius erga fi-
lios hominum . 9
Quia ipſe ſatiauit a-
nimas vacuas, & im-
pleuit corda eſurien-
tia bonis , eorum ,
10 qui ambulabant
in tenebris, & vm-
bra mortis, vincto-
rum in pauperta-
te , & ferro 11 eo
quod contradixerũt

نفوسهم فيهم صرخوا الى
الرب في ضرهم فنجاهم من
شدائدهم واخرجهم من
الظلمات وظلال الموت
7 وهداهم الى الطريق
المستقيمة لياتوا الى المداين
العامرة 8 فليشكروا للرب رحمته
وعجائبه في بني البشر 9 لانه
اشبع نفوسا خاوية وملا قلوبا
جائعة من الخيرات 10 الذين
كانوا يسلكون في الظلمة وظلال
الموت موثقين بالمسكنة و
الحديد 11 من اجل انهم

خَالَفُوا كَلَامَ ٱللّٰهِ وَأَسْخَطُوا أَمْرَ
ٱلرَّبِّ ٱلْعَلِيِّ 12 فَذَلَّ بِٱلْكَدِّ
قُلُوبُهُمْ ضَعُفُوا فَلَمْ يَكُنْ لَهُمْ
مُعِينٌ 13 صَرَخُوا إِلَى ٱلرَّبِّ فِي
حُزْنِهِمْ فَخَلَّصَهُمْ مِنْ شَدَائِدِهِمْ
14 وَأَخْرَجَهُمْ مِنَ ٱلظُّلُمَاتِ
وَظِلَالِ ٱلْمَوْتِ وَقَطَعَ أَغْلَالَهُمْ
15 فَلْيَشْكُرْ لِلرَّبِّ مَرَاحِمَهُ
وَعَجَائِبَهُ فِي بَنِي ٱلْبَشَرِ 16 لِأَنَّهُ كَسَرَ
أَبْوَابَ ٱلنُّحَاسِ وَقَطَعَ أَغْلَاقَ
ٱلْحَدِيدِ 17 وَأَخَذَهُمْ عَنْ طَرِيقِ
آثَامِهِمْ مِنْ أَجْلِ أَنَّهُمْ ذَلُّوا لِإِثْمِهِمْ 18
مَقَتَتْ نُفُوسُهُمْ كُلَّ طَعَامٍ وَبَلَغُوا

verbis Dei, 11 & irrita
uerunt p̄ceptū D̄ni
altiſſimi. 12 humilia-
uit labore corda eor̄:
infirmati ſunt, & nō
fuit eis adiutor. 13 Cla
mauerūt ad Dñm in
mœſtitia ſua, & libe-
rauit eos de tribula-
tionibꝰ eor̄, 14 & edu-
xit eos de tenebris, &
vmbra mortis, & diſ
rupit vincula eor̄. 15
Gratias agamus Dño
de miſerationib. eiꝰ,
& miraculis eius in fi
lios hĩum. 16 Eo ꝙ
fregit portas æneas,
& diſrupit vincula
ferrea, 17 & auertit e-
os à via iniquitatum
ſuarum, quia humi-
liati ſunt ob iniqui-
tatem ſuam. 18
Oderunt animæ eo-
rum omnem eſ-
cam, & peruenerunt

ad portas mortis. 19
Clamauerũt ad Dñm
in neceſſitate ſua, &
liberauit eos à corru
ptione. 20 Grãs aga-
mus Dño de miſera-
tionib: eius;& mi-
raculis eiꝰ erga filios
hoĩum. 21 Immolent
Deo ſacrificia gratia
rũ actionis: laudabũt
ſerui eius in ꝓdigijs
eius. 22 Deſcẽdentes
in mare, operãtes na
uibus ĩ aquis multis,
23 ipſi viderunt ꝓdi
gia Dñi, & miracula
eius ĩ abyſſis maris.
24 Dixit, & excitatus
eſt ventus vehemẽs:
eleuati ſunt fluctus
maris: 25 aſcendunt
vſq; ad Cœlum, & de
ſcendunt vſq; ad pro
fundum. liquefactæ
ſunt animæ eorum
ob tribulationes,

الى ابواب الموت 19 وصرخوا الى
الرب في ضيقهم فنجاهم من الفساد
20 فلنشكر للرب مراحمه وعجائبه
في بني البشر 21 يذبحوا الله ذبائح
الشكر يسبح عباده باياته 22
الهابطون في البحر العاملون
في السفن في المياه الكثيرة 23
اولئك عاينوا ايات الرب و
عجائبه في لجج البحر 24 قال
فقامت ريح عاصفة ارتفعت
امواج البحر 25 يصعدون الى
السماء وينزلون الى القعر
ذابت نفوسهم من الشدائد

حافوا

خافوا وماد وا مثل السكارى
ضلت عنهم حكمتهم 27
صرخوا الى الرب في كربهم
فنجاهم من شدائدهم 28
زجر العاصف فسكن
استقرت امواج البحر
29 فرحوا بسكونها هداهم
الى المينا الذي شاؤا 30
فليشكروا للرب مراحمه وعجائبه
في بني البشر يسبحوه في مجمع
الشعوب يمجدوه في مجالس
الشيوخ 32 لانه جعل الانهار
قفارا اوديا نبع المياه عطشا

26 timuerunt, & tur
bati ſũt veluti ebrij:
declinauit ab eis ſa-
pientia eorum. 27
Clamauerunt ad Do
minum in mœrore
ſuo, & liberauit eos
de tribulationibus
eorum 28 increpauit
turbinem, & ſedatus
eſt, quieuerunt flu-
ctus maris. 29 Læ-
tati ſunt de quiete
eorum. Direxit eos
ad portum, quem vo
luerunt. 30 Gratias
agamus Domino de
miſerationibus eius,
& miraculis eius er-
ga filios hominũ. 31
Laudate eum in con
gregatione populo-
rum; glorificate e-
um in conſeſſu ſe-
num, 32 eò ꝙ fecit
flumina deſerta, &
fõtes aquarum ſitim

3 3 & terram fructiſe
ram , ſalſam,ob mali
tiã operũ inhabitan-
tium eam.14 Fecit de
ſertum cõgregatio-
nẽ aquæ , & terrã ſi-
tientẽ in fontes aqua
rũ. 3 5 Habitare fecit
ibi eſurientes:ędifica
runt villas, & habita
rũt eas, 3 6 & ſemina
rũt agros,& plãtaue-
rũt vineas , & come-
derũt de fructibꝰ fru-
gũ eaꝝ; 3 7 & benedi-
xit eis,&multiplicati
sũt valde , & nõ ſunt
imminuta armenta
eoꝝ:humiliati sũt, 3 8
& diminuti ſunt ob
multitudinẽ malitię,
& ĩopiæ. 3 9 Cõuertit
cõtẽptũ ĩ Prĩcipes eo
rũ:errare fecit eos ꝑ
deſertum inuio . 40
Redemit paupes de
inopia eorum : po-
ſuit familias eorum

3 3 والأرض ذات الثمار سبخا للسو
أعمال سكانها 3 4 جعل البرية
آجام ماء والأرض الضامية
لينابيع المياه 3 5 وأسكن هناك
الجياع بنوا قرى وسكنوها 3 6
وزرعوا مزارع وغرسوا الكروم
وأكلوا من ثمار غلاتها 3 7 وبارك
فيهم فكثروا جدا ولم تقل
ماشيتهم ذلوا 3 8 وقلوا بكثرة
الشر والفاقة 3 9 رد الذل على
رؤسائهم أضلهم في التيه في
غير طريق 40 أنقذ المساكين
من فقرهم جعل قبائلهم

كَالضَّانِ 41 لِيَرَي الأَبْرَارُ
وَيَفْرَحُوا وَتُسَدَّ أَفْوَاهُ جَمِيعِ الأَثَمَةِ
42 مَنْ كَانَ حَكِيمًا فَلْيَحْفَظْ هٰذَا وَ
يَعْلَمْ رَحْمَةَ الرَّبِّ اَللِّيلُويَا ه

المزمور السابع والمية

1 اَللّٰهُمَّ قَلْبِي مُسْتَعِدٌّ مُسْتَعِدٌّ
قَلْبِي أُسَبِّحُ وَأُرَتِّلُ فِي تَمْجِيدِكَ 2
اِسْتَيْقِظْ يَا مَجْدِي اِسْتَيْقِظْ أَيُّهَا
الكِينَارُ وَالقِيثَارُ أَنَا فِي الغَدَوَاتِ
أَسْتَيْقِظُ 3 وَأَشْكُرُكَ يَا رَبِّ

tanquam oues, 41 vt
viderent iuſti, & gau
derent, & obturaren
tur ora omnium ini
quorum. 42 Qui fue
rit ſapiens cuſtodiat
hoc, & ſciat miſeri-
cordiam Domini.
Alleluia.

PSALMVS

Centeſimus

ſeptimus.

1 Deus, cor meũ pa-
ratum, paratum cor
meum: laudabo, &
pſallam in glorifica-
tione tua. 2 Expergi-
ſcere, ò gloria mea,
expergiſcere, ò citha
ra, & lyra. Ego in ma
tutinis expergiſcar,
3 & gratias agam ti-
bi, ò Domine mi,

in populis,& nomini
tuo pſallam in gen-
tibus. 4 Exaltata eſt
ſuper cœlos miſeri-
cordia tua, & vſq; ad
nubes fidelitas tua. 5
Exaltatus es, ò Deus,
ſuper cœlos: & ſuper
vniuerſam terram
gloria tua, vt ſalua-
res dilectos tuos. 6
Libera me dextera
tua, & exaudi me.
Locutus eſt Deus in
ſanctis ſuis, & dixit:
7 exaltabor, & diui-
dam Sahim, & dele-
bo deſertum Sahu-
ra: 8 mihi eſt Ga-
laad, & mihi Manaſ-
ſes, Ephraim ma-
gnificans caput me-
um. 9 Iuda Rex me⁹,
Moab vaſa ſpei meæ,
10 ſuper Aduma cō
culcabit calceamen-
tum meum: Tribus

في الشعوب ولاسمك ارتل
في الامم 4 علت على السموات
رحمتك والى السحاب امانتك
5 تعاليت يا الله على السموات
وعلى الارض كلها مجدك
لكيما تخلص احباءك 6 نجني
بيمينك واستجب لي نطق
الرب في قديسيه وقال 7 ارتفع
واقسم ساحيم وامسح قفر
ساحورة 8 لي جلعاد ولي منسا
افرايم معظم راسي 9 يهوذا
ملكي مواب انية رجاي 10
على ادوم ادوس حذاي القبايل

الغريبة خضعت لي 11 من
يبلغني الي القرية العزيزة او من
يرشدني الي ادوم 12 اللهم انك
اقصيتنا ولم تخرج في جنودنا
13 اعطنا النصر علي اعدائنا
فان معونة الانسان باطلة 14
بالهنا نصنع القوة وهو يذل
جميع شناتينا

المزمور الثامن والماية

1 اللهم لا تغفل عن تسبيحي فان

alienigenæ ſubiece-
runt ſe mihi. 11 Quis
perducet me ad Vr-
bem munitam? aut
quis diriget me ad
Adumam? 12 Deus,
exterminaſti nos, &
non exijſti cum exer
citibus noſtris: 13 Da
nobis victoriam ad-
uerſus inimicos no-
ſtros: quoniam au-
xilium hominis va-
num eſt. 14 In Deo
noſtro faciemus vir-
tutem, & ipſe humi-
liabit omnes oſores
noſtros.

PSALMVS

Centeſimus octauus.

1 Deus, nè negli-
gas laudationem
meam: quoniam

os peccatoris, & ora	فَمُ ٱلْخَاطِئِ وَأَفْوَاهُ ٱلْغَادِرِينَ
fraudulentorũ apta	ٱنْفَتَحَتْ عَلَيَّ 2 نَاجَوْنِي بِلِسَانٍ
ſunt aduerſũ me: 2	غَاشٍ أَكْتَنَفُونِي بِقَوْلٍ مُبْغِضٍ
colloquuti ſunt me-	جَاهَدُونِي بَاطِلًا 3 بَدَلَ أَنْ
cũ lingua doloſa, cir-	يُحِبُّونِي غَدَرُوا بِي وَكُنْتُ
cũdederunt me ſer-	أَنَا مُصَلِّيًا 4 كَافَوْنِي بَدَلَ ٱلْخَيْرِ
mone odij pleno: cer	شَرًّا وَعِوَضَ مَحَبَّتِي بُغْضًا 5 قِمْ
tarũt aduerſũ me fru	عَلَيْهِمْ خَاطِيًا ٱلشَّيْطَانُ يَقُومُ
ſtra: 3 ꝓ eo q; dilige-	عَنْ يَمِينِهِ 6 إِذَا تَحَاكَمَ يَخْرُجُ
rent me, doloſè ege-	مَدْحُوضًا صَلَاتُهُ تَعُودُ إِلَى
rũt in me, & ego ora	خَطِيَّةٍ 7 أَيَّامُهُ تَكُونُ قَصِيرَةً
bã; 4 retribuerũt mi-	وَمَا ٱقْتَنَاهُ يَصِيرُ إِلَى غَيْرِهِ 8 تَكُونُ
hi ꝓ bono malũ, & ꝓ	بَنُوهُ أَيْتَامًا وَٱمْرَأَتُهُ أَرْمَلَةً
amore meo, odiũ. 5	
Cõſtitue ſup eos pec	
catorẽ. Dæmõ ſtabit	
ad dexterã ei⁹; 6 cũ in	
iudiciũ vocatus fue-	
rit, exibit conden-	
natus: oratio eius con	
uertetur in pecca-	
tum. 7 Dies eius e-	
runt breues, & quid-	
quid poſſedit fiet al-	
teri; 8 erunt filij e-	
ius orphani, & v-	
xor eius vidua,	

9 ويزعج أولاده ويتصدقون
ينفون من مساكنهم 10 يحوز
مقرضوه كل شيء له تختطف
الغرباء جميع غناه 11 ولا يكون
له ناصر ولا من يترأف على
أيتامه 12 تستأصل ذريته تمحا
اسمه من جيل واحد 13 تذكر آثام
آبائه أمام الرب لا تمحا خطية أمه
14 بل تكون بين يدي الرب في كل
حين يبيد من الارض ذكره لأنه لم
يذكر أن يعمل خيرا 15 كره
المسكين والبائس والحزين
القلب ليميته 16 أحب اللعنات

9 & eradicabũtur fi-
lij eius,& mẽdicabũt:
expellẽtur ex habita-
tionibus ſuis:10 col-
ligẽt fœneratores eiꝰ
oẽm rẽ ipſiꝰ: diripiẽt
exteri oẽs diuitias eiꝰ
11 & non erit ei adiu-
tor, neq; q ꝓpitietur
orphanis eius; 12 era
dicabitur progenies
eiꝰ: delebitur nomen
eiꝰ ab vna generatio-
ne;13 cõmemorabũ-
tur iniqtates patrum
eius corãDño:nõ de-
lebitur peccatũ ma-
tris eiꝰ,14 ſed erit in
cõſpectu Dñi oĩ tpe:
peribit de terra me-
moria eius : qm̃ non
eſt recordatꝰ facere
bonũ,15 abominatus
eſt paupem,&inopẽ,
& afflictum corde,vt
mortificaret eum. 16
dilexit maledictiões:

& cõprehendant eũ;
noluit bñdictiones:
elongentur ab eo. 17
& indutus eſt male-
dictionem, ſicut ami
ctum: ingreſſa eſt in
interiora eius ſicuti
aqua, & tanq̃ vnguẽ-
tum in oſſa eius; 18
erit illi veluti amict⁹,
cũ amictus fuerit il-
lo, & veluti zona, qua
præcingit lũbos ſuos,
in omni tempore. 19
Hęc eſt retributio eo
rum, qui fraudulen-
ter egerunt in me
apud Dñm, & eorũ,
qui loquuntur ſcele-
ra aduerſus animam
meam. 20 Et tu, ò
Dñe mi, fac mecum
miſericordiam pro-
pter nomen tuũ: qm̃
miſericordia tua am
pla eſt. 21 Libera me,
quia pauper ſum,

فَلْتُدْرِكْهُ لَمْ يَشَاءْ ٱلْبَرَكَاتِ
فَلْتَبْعُدْ عَنْهُ 17 وَلَبِسَ ٱللَّعْنَةَ
كَالرِّدَاءِ دَخَلَتْ فِي بَوَاطِنِهِ
كَالْمَاءِ وَكَالدُّهْنِ فِي عِظَامِهِ
18 تَكُونُ لَهُ مِثْلَ ٱلرِّدَاءِ إِذَا ٱشْتَمَلَ
بِهِ وَمِثْلَ ٱلْمِنْطَقَةِ ٱلَّتِي يَشُدُّ
بِهَا حَقْوَيْهِ فِي كُلِّ حِينٍ 19 هٰذَا
جَزَاءُ ٱلَّذِينَ يَغْدُرُونَ بِي
عِنْدَ ٱلرَّبِّ وَٱلَّذِينَ يَنْطِقُونَ
بِٱلسَّيِّئَاتِ عَلَى نَفْسِي 20 وَأَنْتَ
يَا رَبِّ ٱصْنَعْ مَعِي رَحْمَةً
لِأَجْلِ ٱسْمِكَ لِأَنَّ رَحْمَتَكَ
سَابِغَةٌ 21 نَجِّنِي فَإِنِّي مِسْكِينٌ

بايس جزع قلبي في باطني 22
وأنا مثل الفي في ميلانه أذهب
وكالجراد انتفضت 23 ركبتاي
ضعفا من الصوم تغير جسدي
لعدم الدهن 24 كنت لهم
عارا نظروا الي وهزوا رؤسهم
25 أعني يا ربي والاهي نجني
برحمتك 26 ليعلموا أن هذا
بيدك وأنت صنعته 27 هم
يلعنون وأنت تبارك القائمون
على يخزون وعبدك يفرح 28
الماكرون بي يلبسون هوانا
يشتملون به كالرداء 29 أشكر

inops. Cõtriſtatũ eſt
cor meũ in meo inte
ſtino. 22 Et ego tanq̃
vmbra in declinatio
ne ſua p̃tereo,& velu
ti locuſtę cõſumptus
sũ. 23 Genua mea in
firmata ſunt ob ieiu-
niũ:mutatũ eſt corp⁹
meũ, ob iacturã vn-
guẽti;4 fui illis op℘-
briũ :ĩ ſpexerũt ĩ me,
& mouerunt capità
ſua. 26 Adiuua me,ò
Dñe mi,& De⁹ me⁹;li
bera me p miam tuã,
26 vt ſciãt hoc eſſe in
manu tua,& te feciſſe
illud. 27 Ipſi maledi-
cẽt,& tu bñdices. In
ſurgẽtes ĩ me cõfun-
dẽtur,& ſeru⁹ tu⁹ gau
debit; 28 machinan-
tes in me induen-
tur contemptum, a-
miciẽtur eo veluti a-
mictu. 29 Gr̃as agam

Domino valde,&lau
dabo eum ore meo
in congregatione:
30 quoniam ipſe eſt
ad dexteram paupe-
ris, & liberauit me
ab ijs, qui quærunt
animam meam.

ٱلرَّبَّ جِدًّا وَأُسَبِّحُهُ بِفَمِي فِي
ٱلْمَلَإِ ٣٠ لِأَنَّهُ عَنْ يَمِينِ ٱلْمِسْكِينِ
وَخَلَّصَنِي مِنَ ٱلَّذِينَ يَطْلُبُونَ
نَفْسِي

PSALMVS Centeſimus nonus.

المزمور التاسع والماية

1 Dixit Dominus Do
mino meo, ſede ad
dexteram meam, 2
donec ponam inimi
cos tuos ſub veſti-
gio pedum tuo-
rum. 3 Mittet Dñs ti
bi de Sion baculũ for
titudinis, & regnabis
ſuper inimicos tuos,

١ قَالَ ٱلرَّبُّ لِرَبِّي ٱجْلِسْ عَنْ
يَمِينِي ٢ حَتَّى أَجْعَلَ أَعْدَاءَكَ
تَحْتَ مَوْطِئِ قَدَمَيْكَ ٣ يُرْسِلُ
ٱلرَّبُّ لَكَ مِنْ صَهْيُونَ عَصَا
ٱلْقُوَّةِ وَتَمْلِكُ عَلَى أَعْدَائِكَ

4 مَعَكَ الرِّيَاسَةُ فِي يَوْمِ قُوَّتِكَ فِي
بَهَاءِ الْقِدِّيسِينَ مِنَ الْبَطْنِ قَبْلَ
كَوْكَبِ الْفَجْرِ وَلَدْتُكَ 5 أَقْسَمَ
الرَّبُّ وَلَنْ يَرْجِعَ إِنَّكَ أَنْتَ
الْكَاهِنُ إِلَى الْأَبَدِ عَلَى طَقْسِ
مَلْشِيسَدَاكَ 6 الرَّبُّ عَنْ يَمِينِكَ
هَزَمَ الْمُلُوكَ فِي يَوْمِ رِجْزِهِ 7
يَدِينُ الْأُمَمَ وَيَمْلَأُ الْجُثَثَ وَ
يَرُضُّ رُؤُسَ كَثِيرِينَ عَلَى
الْأَرْضِ 8 وَمِنَ الْوَادِي فِي
الطَّرِيقِ يَشْرَبُ مِنْ أَجْلِ
هَذَا يَعْلُو رَأْسًا

4 tecum principatus
in die virtutis tuæ, in
decore ſanctorum,
ex vtero ante ſtellã
matutinã genui te. 5
Iurauit Dominus, &
non retractabit ſe,
quod tu es ſacerdos
in æternũ *ſuper or-
dinem Melchiſedec.
6 Dominus ad dex-
teram tuam, debella
uit reges in die furo-
ris ſui: 7 iudicabit
gentes, & implebit
cadauera, & conte-
ret capita multorũ
ſuper terram; 8 &
de torrente in via
bibet, propter hoc
exaltabitur caput e-
ius.

*secundum

PSALMVS

Centeſimus

decimus.

1 Gratias ago tibi, ò
Dñe mi, ex toto cor
de meo, & in ſecretis
iuſtorum, & congre
gatione eorum. 2
Magna ſunt opera
Domini, exiſtentia
in omni voluntate
eius; 3 gratiarum
actio, & magnitudo
decoris, opus eius.
Aequitas eius perſe-
uerans vſque in æter
num. 4 Fecit mira-
cula ſua memoriam.
Dominus pius, miſe-
ricors, dabit cultori-
bus ſuis cibũ; 5 recor
dabitur teſtamẽti ſui
in æternũ: manifeſta
uit populo ſuo virtutẽ

المزمور العاشر والماية

1 أشكرك يارب من كل قلبي وفي
أسرار الصديقين وجمعهم 2
عظيمة أعمال الرب موجودة في
جميع مشيته 3 الشكر وعظم
البهاء عمله عدله دايم إلى
الأبد 4 جعل عجايبه ذكرا
الرب رؤف رحيم يعطي
أتقياءه طعاما 5 يذكر ميثاقه
إلى الأبد أظهر لشعبه قوة

أَعْمَالَهُ 6 لِيُعْطِيَهُمْ مِيرَاثَ الْأُمَمِ
اَلْعَدْلُ وَالْحَقُّ صَنْعَةُ يَدَيْهِ
7 جَمِيعُ وَصَايَاهُ مُصَدَّقَةٌ
ثَابِتَةٌ إِلَى الْأَبَدِ مَفْعُولَةٌ بِالْعَدْلِ
وَالصِّدْقِ 8 أَرْسَلَ خَلَاصًا
لِشَعْبِهِ أَمَرَ بِعَهْدِهِ إِلَى الْأَبَدِ 9
اِسْمُهُ قُدُّوسٌ مَخُوفٌ رَأْسُ
اَلْحِكْمَةِ مَخَافَةُ اللّٰهِ 10 الْفَهْمُ
نَافِعٌ لِمَنْ عَمِلَ بِهِ تَمْجِيدُهُ دَائِمٌ
إِلَى الْأَبَدِ اَللَّيْلُويَا

operum ſuorum, 6
vt det illis hæredi-
tatem gētium. Aequi
tas, & veritas factu-
ra manuum eius; 7
omnia mandata eius
veridica, firma in æ-
ternum, facta cum
æquitate, & veritate,
8 miſit ſalutem po-
pulo ſuo, præcepit
pactum ſuum in æ-
ternum. 9 Nomen
eius ſanctum, terri-
bile. Principium ſa-
pientiæ timor Dei,
10 intellectio vtilis
eſt ei, qui operatur
cum ea: glorificatio
eius perſeuerans eſt
vſque in æternum.
Alleluia.

PSALMVS

Centeſimus

vndecimus.

1 Beatitudo viro ti-
menti Dominum,
complectenti præce-
pta eius, 2 ſemen e-
ius erit fortiſſimum
in terra; generatio
iuſtorum benedicet,
3 Multiplicabuntur
diuitiæ, & opes in
domo eius: æquitas
eius permanebit in
æternum. 4 Oriri
fecit lucem in tene-
bris, iuſtis. Deus Do-
minus pius, miſeri-
cors, iuſtus, bonus. 5
Vir, qui miſeretur, &
obſequitur, & di-
ſcernit verba ſua

المزمور

الحادى عشر

والمية

1 طوبى للرجل الخائف من
الرب المتمسك بوصاياه 2 زرعه
يكون قويا في الارض جيل
الابرار يبارك 3 يكثر المال و
الغنى في بيته عدله يدوم الى
الابد 4 اشرق النور في الظلمة
للصديقين الله الرب رؤف
رحيم بار صالح 5 الرجل الذي
يرحم ويسعف ويميز كلامه

بالحق لا يحول الى الابد، ذكر
الصديق دايم الى الابد من
خبر سوء لا يخشي قلبه مستعد
المتوكل على الرب 7 قلبه
ثابت لا يجزع حتى يظفر
باعدايه 8 يفرق عطاياه على
اهل الفاقة وبره يدوم الى
الابد ذكره يعلو بالمجد 9
ينظر الخاطي يغتاظ ويصر
اسنانه ويضمحل شهوة المذنب
تبيد هو هو هو

cum veritate, non mouebitur in æternum. 6 Memoria iuſti perpetua eſt in æternum: famam malam non timebit. 7 Cor eius paratum eſt: confidentis in Domino cor ſirmũ eſt: non moleſtè feret donec vicerit inimicos ſuos, 8 diuidet dona ſua genti paupertatis, & iuſtitia eius manebit in æternum: memoria eius extolletur cum gloria: 9 videbit peccatorem iraſci, & ſtridere dentibus ſuis, & diſſolui. Deſiderium delinquẽtium peribit. Alleluia, alleluia, alleluia.

PSALMVS

Centeſimus duodecimus.

1 Laudate Dominũ,
ò ſerui Domini: lau-
date nomen Domi-
ni. 2 Benedictum
erit nomen Domini
ex nunc, & vſque in
æternum, & vſq; in
ſæculum ſæculi; 3 ab
ortibus Solis vſq; ad
occaſus eius benedi-
catur nomen Domi
ni: 4 Dominus altiſ-
ſimus ſuper omnes
gentes, & ſuper cœ-
los laudatio eius. 5
Quis ſicut Dominus
Deus noſter, qui ha-
bitat in altiſſimis?
reſpicit humiles in

المزمور الثاني عشر والمية

1 سبحوا الرب يا عبيد الرب
سبحوا اسم الرب 2 مباركا يكون
اسم الرب من الآن والى الابد
والى ابد الآبد 3 من مشارق
الشمس الى مغاربها تبارك اسم
الرب 4 الرب عال على جميع الامم
وعلى السموات تسبحته 5 من
مثل الرب الهنا الساكن في
العلا يعاين المتواضعين في

السماء والارض 6 يقيم المسكين
من التراب يرفع الفقير من الزبالة
7 يجلسه مع روساء شعبه 8
يقعد العاقر في البيت ام
الاولاد تتعزينا هو هو

المزمور الثالث عشر والمية

1 عند خروج اسرائيل من
مصر وآل يعقوب من شعب
البربر 2 صار يهودا من قدسه
واسرائيل صار سلطانه 3 راه

cœlo, & terra? 6 Eri-
git pauperem de ter-
ra: eleuat inopem
de ſordibus: 7 ſede-
re facit eum cũ Prin-
cipibus populi ſui: 8
ſedere facit ſterilem
in domo: ab oculo
matris filiorum ceſ-
ſabit fletus. Alleluia,
alleluia.

PSALMVS
Centeſimus decimus tertius.

1 Ad exitum Iſraël
de Aegypto, & pro-
geniei Iacob de po-
pulo barbarorum 2
peruenit Iuda ad sã-
ctitatem eius, & Iſ-
rael factus eſt impe-
riũ eius. 3 Vidit eum

mare,& fugit: reuer-
ſus eſt Iordanis re-
trorſum. 4 Salierunt
montes ſicut cerui,
& colles ſicut filij o-
uium. 5 Quid eſt ti-
bi mare quod fugi-
ſti? & tu, ò Iorda-
nis, reuerſus es re-
trorſum? 6 Mon-
tes cum ſaltauerunt
ſicut cerui, & col-
les ſicut fœtus oui-
um, 7 tremuit ter-
ra à conſpectu Do-
mini,& à conſpectu
Dei Iacob, 8 qui con
uertit petram, & fe-
cit eam congeriem
aquæ, & ſaxum
durum in fontes
aquæ. 9 Non no-
bis, ò Domine,
non nobis, ſed
nomini tuo da
gloriam; 10 pro
miſericordia tua,

البحر وهرب رجع الاردن الي
ورايه 4 رقصت الجبال كالايايل
والتلال كاولاد الضان 5 ما لك
ايها البحر هربت وانت ايها الاردن
رجعت الي ورايك 6 الجبال
اذ رقصت كالايايل والاكام
كاولاد الضان 7 تزلزلت الارض
من قدام وجه الرب ومن امام
اله يعقوب 8 الذي حول
الصخرة وجعلها اجام ماء و
الحجر الاصم لينابيع الماء 9 ليس
لنا يا رب ليس لنا لكن لاسمك
اعط المجد 10 علي رحمتك

وعدلك

وَعَدْلِكَ لِئَلَّا يُقَالَ فِي ٱلشُّعُوبِ
أَيْنَ إِلٰهُهُمْ ١١ إِلٰهُنَا فِي ٱلسَّمَآءِ
وَفِي ٱلْأَرْضِ كُلَّمَا شَاءَ صَنَعَ 12
أَوْثَانُ ٱلْأُمَمِ ذَهَبٌ وَفِضَّةٌ عَمَلُ
أَيْدِي ٱلْبَشَرِ ١٣ لَهَا أَفْوَاهٌ وَلَا
تَتَكَلَّمُ لَهَا أَعْيُنٌ وَلَا تَنْظُرُ 14
لَهَا آذَانٌ وَلَا تَسْمَعُ وَآنَافٌ وَلَا
تَشُمُّ ١٥ وَأَيْدِي وَلَا تَلْمُسُ
وَأَرْجُلٌ وَلَا تَمْشِي وَلَا تُصَوِّتُ
حَنَاجِرُهَا 16 فَلْيَكُنْ صَانِعُوهَا
مِثْلَهَا وَجَمِيعُ مَنْ يَتَوَكَّلُ
عَلَيْهَا ١٧ بَيْتُ إِسْرَائِيلَ مُتَوَكِّلٌ
عَلَى ٱلرَّبِّ هُوَ نَاصِرُهُمْ وَعَوْنُهُمْ

& æquitate tua, vt nè
dicatur ĩ populis, vbi
eſt Deus eorũ? 11 Deꝰ
noſter in cœlo, & in
terra; ꝗdꝗd voluit fe-
cit. 12 Simulacra gẽ-
tiũ argentum, & au-
rũ, opus manuũ ho-
minum: 13 habẽt ora
& nõ loquuntur: ha-
bent oculos, & nõ vi-
dent: 14 habent au-
res, & nõ audiunt: &
nares, & non odorãt:
15 & manus, & non
palpant: & pedes, &
non ambulant: & nõ
clamant gutturibus
ſuis. 16 Sint ope-
rantes ea ſicut ipſa,
& omnes, qui con-
fidunt in eis. 17
Domus Iſraël con-
fidens eſt in Do-
mino, ipſe adiu-
tor eorum, & auxi-
lium eorum eſt.

18Domus Aaron cõ
fidens eſt in Domi-
no, ipſe adiutor eo-
rum,& auxilium eo-
rum eſt. 19 Et culto-
res Dñi confidentes
sũt in Dño, ipſe adiu
tor eorũ,& auxilium
eorũ eſt. 20 Dñs re-
cordatus eſt noſtri,
& benedixit nobis,
benedixit domui Iſ-
rael, bñdixit domui
Aarõ,21 bñdixit oĩbꝰ
timẽtibꝰſe, minoribꝰ
eorũ,& maioribꝰ eo-
rũ. 22 Augebit Dñs
nos, & filios noſtros:
23 nos benedicti ſu-
mus: Dñs operator
cœli,& terrę. 24Cęlũ
cœli Domino,& ter-
ram conſtituit filijs
hominum. 25 Non
mortui laudabũt te,
ò Domine,nec deſcẽ
dentes in infernum,

18 بيت هرون متوكل على
الرب هو ناصرهم وعونهم 19
وأتقياء الرب متوكلون على
الرب هو ناصرهم وعونهم 20
الرب ذكرنا وبارك فينا بارك في
بيت اسرائيل بارك في بيت هرون
21 بارك في جميع خائفيه صغيرهم
وكبيرهم 22 يزيد الرب فينا وفي
أولادنا 23 نحن مباركون الرب
صانع السماء والأرض 24 سماء
السماء للرب والأرض جعلها
لبني البشر 25 ليس الموتى
يسبحونك يا رب ولا هابطوا الجحيم

لكن

26 لكن نحن الأحياء نبارك الرب
من الآن والى الأبد ه ه

المزمور الرابع عشر والمية

1 أحببت أن يسمع الرب
صوت تضرعي 2 ويقبل بسمعه
الى يوم ادعوه 3 لأن غمرات
الموت أحاطت بي شدائد الجحيم
أصابتني 4 بالتي ضر ومشقة
فدعوت اسم الرب 5 اللهم نج
نفسي وأنت يا رب رحيم عادل

26 ſed nos viui be-
nedicimus Domino
ex nunc, & in æter-
num. Alleluia, alle-
luia.

PSALMVS

Centeſimus
decimus quartus.

1 Cupiui, Dominum
audire vocem depre
cationis meę, 2 & ad-
mouere auditũ ſuũ
ad me die, quo inuo-
cauero eum. 3 qm̃ a-
ſperitates mortis cir-
cumdederũt me, tri-
bulationes inferni
contigerunt mihi, 4
cõprehẽdit me dam
nũ, & afflictio, & in-
uocaui nomẽ Dñi. 5
De⁹, libera aĩam me-
am. Et tu es, ò Dñe
mi, miſericors, ęquus:

tu es Deꝰ miſerator,
6 cuſtodiens paruulos. Humiliatus ſum,
& ſaluauit me, 7 &
conuerſa eſt anima
mea in requiem, qm̄
Dominus iam benefecit mihi. 8 Redemptor vitę meæ à morte, & oculorum meorum à lachrymis, &
pedum meorum à lapſu, 9 vt benefaciam
coram Domino in terra vitæ. Alleluia,
alleluia.

انت الله الرحمن 6 حافظ الاطفال
اتضعت فخلصني 7 وعادت
نفسي الى الراحة لان الرب قد
احسن الي 8 منقذ حياتي من
الموت وعيني من الدموع
ورجلي من الزلل ولاحسن
امام الرب في ارض الحياة هو هو

PSALMVS

Centeſimus decimus quintus.

المزمور الخامس عشر والمية

1 Credidi, tunc locutus ſum, & dixi in
magnitudine humilitatis meæ, 2 & admi
rationis meæ: omnis

1 امنت عند ذلك تكلمت فقلت
في شدة تواضعي 2 وتحيري كل

انْسَانٍ كَاذِبٌ 3 بِمَا ذَا اُجَازِي
الرَّبَّ عِوَضَ آلَايِهِ عِنْدِي 4
لِأَنِّي أَخَذْتُ كَاسَ آلخَلَاصِ
وَبِاسْمِ آلرَّبِّ دَعَوْتُ 5 كَرِيمٌ
أَمَامَ آلرَّبِّ وَفَاةُ أَصْفِيَايِهِ 6 أَللَّهُمَّ
انِّي عَبْدُكَ وَآبْنُ أَمَتِكَ 7
حَلَلْتَ وَثَاقِي فَلَكَ أَذْبَحُ
ذَبَايِحَ آلشُّكْرِ وَأَدْعُو آسْمَ آلرَّبِّ
8 وَأُوفِي لِلَّهِ نُذُورِي
بَيْنَ يَدَيْ جَمِيعِ شَعْبِهِ فِي
دِيَارِ بَيْتِ آلرَّبِّ وَفِيكِ يَا
أُورَشَلِيمُ آللِّلُويَا ه

homo mendax. 3
Quid retribuam Do
mino pro beneficijs
ſuis erga me: 4 quo-
niam accepi calicem
ſalutis, & nomen Do
mini inuocaui? 5 Pre
tioſus coram Domi-
no obitus electorum
eius. 6 Deus, quo-
niam ſeruus tu9 ſum,
& filius ancillæ tuæ,
7 ſoluiſti vincula
mea: tibi ſacrificabo
ſacrificia gratiarum
actionis. Et inuoca-
bo nomen Domini,
8 & ſoluam Deo vo-
ta mea inter manus
totius populi eius, in
atrijs domus Domi-
ni, & in te, ò Ieruſa-
lem. Alleluia, alle-
luia.

PSALMVS

Centeſimus

decimus ſextus.

1 Laudate Domi--
num, ò omnes gen-
tes, glorificate eum,
ò omnes populi: 2
quoniam miſericor-
dia eius ampla eſt ſu
per nos, & veritas
Domini perſeuerat
in æternum. Alle-
luia, alleluia.

المزمور السادس عشر والمية

سَبِّحُوا ٱلرَّبَّ يَا جَمِيعَ ٱلأُمَمِ مَجِّدُوهُ
يَا جَمِيعَ ٱلشُّعُوبِ ٢ فَإِنَّ رَحْمَتَهُ
سَابِغَةٌ عَلَيْنَا وَحَقُّ ٱلرَّبِّ يَدُومُ
إِلَى ٱلأَبَدِ أَلِلِيلُويَا

PSALMVS

Centeſimus

decimus ſeptimus.

1 Gratias agite Do-
mino, quoniam bo-
nus eſt, & vſque in

المزمر السابع عشر والمية

١ اُشْكُرُوا ٱلرَّبَّ فَإِنَّهُ صَالِحٌ وَإِلَى

الآبد رحمته 2 فليقل اسرايل
انه صالح والي الآبد رحمته
3 وليقل آل هرون انه صالح
والي الآبد رحمته 4 وليقل
خايفوا الرب انه صالح والي
الآبد رحمته 5 دعوت الرب
عند حزني فاستجاب لي
بالفرح واخرجني الي السعة 6
الرب عوني لا اخشي ماذا
يصنع بي الانسان 7 الرب
ناصري وانا اظفر باعداي
التوكل علي الرب خير من
التوكل علي الانسان والرجاء

æternum miſericor-
dia eius. 2 Dicat
Iſrael quod bon⁹ ſit,
& vſque in æternum
miſericordia eius; 3
& dicat progenies
Aaron quod ſit bo-
nus, & in ſæculum
miſericordia eius; 4
& dicant timentes
Dominum, quod ſit
bonus, & in ęternum
miſericordia eius. 5
Inuocaui Dominum
tpe mœſtitiæ meæ,
& exaudiuit me cum
lætitia, & eduxit me
ad latitudinem. 6
Dominus adiutoriũ
meum, non timebo.
Quid faciet mihi ho
mo? 7 Dominus a-
diutor meus, & ego
ſuperabo inimicos
meos. 8 Fiducia ĩ Do-
mino melior eſt fidu
cia ĩ homine, & ſpes

inDño melior eſt ſpe
in Principibus. 9 Cir
cumdederũt me oẽs
gẽtes, & in noĩe Dñi
diſſipaui eos. 10 Cir-
cumdederunt me, &
circumuallarunt me
circumuallatione, &
in nomine Domini
fugaui eos. 11 Circũ
uallarunt me ſicuti
apes circa ceram.:
combuſti ſunt veluti
fœnum in igne, & in
nomine Domini cõ-
ſumpſi eos. 12 Impu
lerunt me, vt cade-
rem, & corruerẽ: Dñs
amplexus eſt me. 13
Dñs fortitudo mea, &
gloria mea, fact⁹ ẽ mi
hi ſaluator. 14 vox glo
rificationis, & ſalutis
ĩ habitationib⁹ iuſto-
rũ. 15 Dextera Dñi e-
xaltauit me, dextera
Dñi corroborauit me

لِلرَّبِّ خَيْرٌ مِنَ الرَّجَاءِ لِلرُّؤَسَاءِ
٩ وَأَحَاطَ بِي جَمِيعُ الأُمَمِ وَبِاسْمِ
الرَّبِّ بَدَّدْتُهُمْ ١٠ اكْتَنَفُونِي
وَأَحَاطُوا بِي احْتِيَاطًا وَبِاسْمِ الرَّبِّ
شَرَّدْتُهُمْ ١١ اكْتَنَفُونِي كَالنَّحْلِ
حَوْلَ الشَّمْعِ احْتَرَقُوا مِثْلَ
الكَلَا فِي النَّارِ وَبِاسْمِ الرَّبِّ
أَفْنَيْتُهُمْ ١٢ دَفَعُونِي لِكَيْ أَسْقُطَ
وَأَقَامَ الرَّبُّ عَضُدِي ١٣ الرَّبُّ
قُوَّتِي وَمَجْدِي صَارَ لِي مُخَلِّصًا
١٤ صَوْتُ التَّمْجِيدِ وَالخَلَاصِ
فِي مَسَاكِنِ الأَبْرَارِ ١٥ يَمِينُ
الرَّبِّ رَفَعَتْنِي يَمِينُ الرَّبِّ قَوَّتْنِي

يَمِينُ ٱلرَّبِّ صَنَعَتْ ٱلْقُوَّةَ 16
لَا أَمُوتُ بَلْ أَعِيشُ وَأَصِفُ
أَعْمَالَ ٱلرَّبِّ لِأَنَّ رَحْمَتَهُ دَائِمَةٌ
إِلَى ٱلْأَبَدِ 17 أَدَبًا أَدَّبَنِي ٱلرَّبُّ
وَإِلَى ٱلْمَوْتِ لَمْ يُسْلِمْنِي 18 يَفْتَحُ
لِي أَبْوَابَ ٱلْبِرِّ لِأَدْخُلَهَا وَأَشْكُرَ
ٱلرَّبَّ 19 هٰذَا بَابُ ٱلرَّبِّ وَفِيهِ
يَدْخُلُ ٱلْأَبْرَارُ 20 أَشْكُرُكَ يَا رَبُّ
لِأَنَّكَ ٱسْتَجَبْتَ لِي وَكُنْتَ لِي
مُخَلِّصًا 21 ٱلْحَجَرُ ٱلَّذِي رَذَلَهُ
ٱلْبَنَّاؤُونَ هُوَ صَارَ رَأْسَ
ٱلزَّاوِيَةِ 22 مِنْ قِبَلِ ٱلرَّبِّ كَانَ
هٰذَا وَهُوَ عَجِيبٌ فِي عُيُونِنَا

dextera Domini ope
rata eſt virtutem. 16
Nō moriar,ſed viuā,
& narrabo opera Do
mini; quoniam mi-
ſericordia eius per-
manens eſt in æter-
num. 17 Eruditione
erudiuit me Domi-
nus,& morti non tra
didit me. 18 Aperiet
mihi portas iuſtitiæ,
vt igrediar per illas,
& gratias agam Do-
mino.19 Hæc eſt por
ta Domini, & per eā
ingrediuntur iuſti.
20 Gratias ago tibi,
ò Dñe, qm̄ tu exaudi
ſti me, & fuiſti mihi
ſaluator. 21Lapis,quē
contempſerunt ædi
ficantes, ipſe factus
eſt caput anguli. 22
A conſpectu Domi-
ni fuit hoc, & ē mira
bile in oculis noſtris.

Digitized by Google

23 Hæc eſt dies, quã
fecit Dominus: veni-
te iubilemus, & exul
temus in ea. 24 Deus
ſalua nos: Deus libe-
ra nos. 25 Benedictus
venturus in nomine
Domini. 26 Benedi-
ximꝰ vobis in domo
Domini: Dominus
Deꝰ noſter apparuit
nobis, 27 & perduxit
feſtiuitates noſtras
cum coronis vſq; ad
altitudinem altaris.
28 Tu es Deus meus,
& gratias agam tibi:
tu es Dominus meus,
& glorificabo te. 29
Gratias ago tibi, quia
exaudiſti me, redi-
mendo. 30 Gratias a-
gite Domino, quo-
niam bonus eſt, & in
æternum miſericor-
dia eius. Alleluia,
alleluia.

23 هَذَا اليَوْمُ الَّذِي صَنَعَهُ
الرَّبّ هَلُمُّوا فَلْنَبْتَهِجْ وَنُسَرّ فِيهِ
24 اَللَّهُمَّ خَلِّصْنَا اَللَّهُمَّ نَجِّنَا 25
مُبَارَكٌ الآتِي بِاسْمِ الرَّبّ 26
بَارَكْنَاكُمْ فِي بَيْتِ الرَّبّ الرَّبُّ
الهُنَا ظَهَرَ لَنَا 27 وَوَصَلَ أَعْيَادَنَا
بِالأَكَالِيلِ الَى عُلُوِّ المَذْبَحِ 28 أَنْتَ
الاهِي فَأَشْكُرُكَ أَنْتَ رَبِّي
فَأَحْمَدُكَ 29 أَشْكُرُكَ لِأَنَّكَ اسْتَجَبْتَ
لِي مُنْقِذًا 30 اُشْكُرُوا الرَّبّ فَإِنَّهُ
صَالِحٌ وَالَى الأَبَدِ رَحْمَتُهُ هو هو

المزمور الثامن عشر والمية

1 طوباهم الذين بلا عيب في
السبيل السايرون في سنة الله
2 طوباهم الذين يفحصون عن
شهاداته ويتبعونه بكل قلوبهم 3
لأن عاملي الاثم لا يسلكون في
سبله 4 أنت أمرت أن تحفظ
وصاياك جدا 5 لذلك هويت
أن تستقيم سبلي لأحفظ عدلاتك
6 حينيذ لا أخزى اذا تأملت

PSALMVS

Centeſimus decimus octauus.

1 Beatitudo ijs, qui
ſunt ſine macula in-
ſemita, qui ambu-
lant in lege Dei. 2
Beatitudo ijs, qui te-
ſtimonia eius ſcru-
tantur, & ſequuntur
cum totis cordibus
ſuis: 3 Quoniam o-
perãtes iniquitatem
non incedunt in ſe-
mitis eius. 4 Tu præ
cepiſti obſeruari mã
data tua nimis. 5 Ideo
volui, vt dirigeren-
tur ſemitæ meæ, vt
obſeruarem æquita-
tem tuam; 6 tunc
non confundar cum
contemplatus fuero

omnia mandata tua.
7 Gratias agam tibi
corde vero, cum di-
dicero iudicia tua
æqua. 8 Iura tua cu-
ſtodiui, ne reſpuas
me vnquam. 9 In
quo diriget adole-
ſcens ſemitas ſuas?
in obſeruatione mã-
datorum tuorum.
10 In corde meo
quæro te, nè repel-
las me à ſermone
tuo. 11 In toto cor-
de meo abſcondi ſer
monem tuum, vt nõ
peccarem tibi. 12 Be-
nedictꝰ es, ò Dñe mi,
docuiſti me æꝗtatẽ
tuã. 13 Cõmemoraui
labijs meis oĩa iudicia
oris tui. 14 Elegi ſemi
tas teſtimoniorũ tuo
rũ p̃ oĩbꝰ opibꝰ 15 In
mandatis tuis ſolli-
citus fui, & intellexi

جميع وصاياك ٧ أشكرك بقلب
صادق إذا تعلمت أحكامك
العادلة ٨ لسننك حفظت فلا
ترفضني أبدا ٩ بماذا يقوّم
الشاب سبله بحفظ وصاياك
١٠ بكل قلبي ابتغيتك فلا ترفضني
من كلامك ١١ بقلبي أخفيت
قولك لكيلا أخطي إليك ١٢
تباركت يارب فعلمني
عدلك ١٣ أخبرت بشفتي جميع
أحكام فيك ١٤ آثرت سبل
شهاداتك على جميع المال ١٥
بوصاياك اهتممت وتفهمت

طُرُقَ عَدْلِكَ 16 أَدْرُسُ سُنَنَكَ
وَلَا أَنْسَا كَلَامَكَ 17 اِسْتَجِبْ
لِعَبْدِكَ لِيَحْيَى وَيَحْفَظَ قَوْلَكَ 18
أَنِرْ عَيْنَيَّ لِأَنْظُرَ الْعَجَائِبَ الَّتِي فِي
شَرْعِكَ 19 غَرِيبٌ أَنَا فِي الْأَرْضِ
فَلَا تُخْفِ عَنِّي وَصَايَاكَ 20
هَوِيَتْ نَفْسِي وَاشْتَهَتْ أَحْكَامَكَ فِي
كُلِّ حِينٍ 21 زَجَرْتَ الْمُتَعَظِّمِينَ
مَلْعُونٌ كُلُّ مَنْ يَحِيدُ عَنْ وَصَايَاكَ
22 اِنْزِعْ عَنِّي الْعَارَ وَالذِّلَّةَ بِأَنِّي
لِشَهَادَاتِكَ ابْتَغَيْتُ 23 جَلَسَ
الرُّؤَسَاءُ وَتَكَلَّمُوا عَلَيَّ وَعَبْدُكَ
يَهْتَمُّ فِي عَدْلِكَ 24 وَيَدْرُسُ فِي

vias æquitatis tuæ. 16
Lectitabo leges tuas,
nec obliuiſcar elo-
quij tui. 17 Exaudi ſer
uum tuum, vt viuat,
& cuſtodiat ſermo-
nem tuum: 18 illumi
na oculos meos, vt vi
deā miracula, q̃ ſunt
in lege tua. 19 Pere-
grinꝰ ego sū in terrā,
nè abſcōdas à me mā
data tua. 20 Voluit
aīa mea, & cōcupiuit
iudicia tua in omni
tēpore. 21 Increpaſti
ſuperbos: maledictus
omnis, qui declinat à
mādatis tuis. 22 Exue
me opprobrio, & cō-
temptu, quoniā ego
teſtimonia tua volui.
23 Sederunt Princi-
pes, & locuti ſunt de
me, & ſeruus tuus
ſollicitus eſt in æqui-
tate tua, 24 & legit

ـهاداتك

teſtimonia tua,&cō-
memorat veritatem
tuam. 25 Adhæſit aĩa
mea terræ, viuifica-
me verbo tuo. 26 Cō
uerti ad te ſemitas
meas,exaudi me:do-
ce me leges tuas: 27
dirige me ad ſemitas
æqtatis tuę, vt intelli
gã miracula tua. 28
Debilitata ẽ aĩa mea
ob indignationẽ:cō-
firma me ſermone
tuo. 29 Elonga à me
vias oppreſſionis, &
miſereremei ſm̃ legẽ
tuã. 30 Iã enĩ elegi fi-
delitatẽ tuã: cuſtodi-
ui mãdata tua, & nō
ſũ oblit⁹ iudicia tua.
31 Deus,ne cōfundas
me:iã enĩ adhęſi teſti
monijs tuis, 32 & ĩvijs
mãdatorũ tuorũ ĩceſſi,
eo q̃ lætificaſti me.
33 Deus,docuiſti me

شهاداتك ويخبر صدقك ٢٥
لصقت نفسي بالتراب فأحيني
بكلمتك ٢٦ فوضت اليك سبلي
فاستجب لي وعلمني سننك ٢٧
ارشدني الي سبل عدلك لأفهم
عجائبك ٢٨ ذبلت نفسي من السخط
فثبتني بقولاتك ٢٩ أبعد عني طرق
الظلم وارحمني بشرعك ٣٠ فقد
أخترت أماناتك حفظت و
صاياك ولم أنس أحكامك ٣١ اللهم
لا تخزني فقد لزمت شهاداتك
٣٢ وفي طرق وصاياك سلكت
لأنك أفرحتني ٣٣ اللهم علمني

سُبُلَ عَدْلِكَ لِأَتْبَعَهَا فِي كُلِّ حِينٍ
34 وَأَفْهِمْنِي وَصَايَاكَ لِأَفْحَصَ
عَنْهَا وَأَحْفَظَهَا بِكُلِّ قَلْبِي 35
اهْدِنِي إِلَى طُرُقِ وَصَايَاكَ فَإِنِّي
لَهَا هَوِيتُ 36 أَمِلْ قَلْبِي إِلَى
شَهَادَاتِكَ لَا إِلَى الظُّلْمِ 37
اصْرِفْ عَيْنَيَّ لِكَيْلَا تَنْظُرَا الْبَاطِلَ
أَحْيِنِي فِي سُبُلِكَ 38 حَقِّقْ
لِعَبْدِكَ قَوْلَكَ الرَّاغِبَ فِي
مَخَافَتِكَ 39 وَانْزَعْ عَنِّي الْعَارَ
الَّذِي ظَنَنْتُ فَإِنَّ أَحْكَامَكَ
شَهِيَّةٌ 40 أَحْبَبْتُ وَصَايَاكَ
فَأَحْيِنِي بِعَدْلِكَ 41 فَلْتَغْشَانِي

ſemitas ęquitatis tuę,
vt ſequerer eas in o-
mni tempore. 34 In-
telligere fac me man
data tua, vt ſcruter
de eis, & cuſtodiam
ea toto corde meo.
35 Dirige me ad vias
mandatorum tuorũ,
quoniã ego ipſa vo-
lui. 36 Inclina cor
meũ ad teſtimonia
tua, non ad opreſſio-
nẽ. 37 Auerte oculos
meos nè videant va-
nitatẽ: viuifica me in
ſemitis tuis. 38 Re ip
ſa comproba ſeruo
tuo ſermonẽ tuũ, vo-
lenti timorẽ tuũ. 39
Exue me opprobrio,
quod opinatus ſum:
quoniam iudicia
tua deſiderabilia. 40
Dilexi mandata tua:
viuifica me æquitate
tua. 41 Cooperiat me

رحمتك

miſericordia tua, ò
Dñe, & ſalus tua, ſiñ
verbum tuū. 42 Tūc
reſpondebo expro-
brantibus mihi, quia
ego confiſus ſum in
ſermone tuo; 43 nè
tollas de ore meo ſer
monē veritatis, quia
iudicijs tuis nixꝰ sū;
44 cuſtodiui iura tua
in ſæculū ſæculi: 45
in latitudine ambu-
labo, quoniam volo
mandata tua. 46 Et
pronunciabo teſti-
monium tuum inter
manus Regum, &
non confundar; 47
& meditabor man-
data tua, quæ dilexi.
48 Extendi manus
meas ad iura tua quę
voluiſti, & glorifica-
bo fidē in te. 49 me-
mento ſermonis tui
famulo tuo, de quo

رحمتك يا رب وخلاصك كمثل
كلمتك 42 حينئذ اجيب المعيرين
لي لانّي توكلت على قولك 43
لا تنزع من فمي قول الحق لانّي
على احكامك اعتمدت 44
حفظت سننك الى ابد الابد
45 في السعة اسلك لانّي ابتغي
وصاياك 46 وانطق بشهاداتك
بين يدي الملوك ولا اخزى 47
واتلو وصاياك التي احببت 48
بسطت يدي الى سننك التي
هويت واتحدث بالامانة بك 49
اذكر كلامك لعبدك الذي

عَلَيْهِ وَعَدْتَهُ ٥٠ هُوَ عَزَّآنِي فِي
تَوَاضُعِي لِأَنَّ قَوْلَكَ أَحْيَانِي ٥١
اَلْمُتَعَظِّمُونَ حَادُوا عَنْ سُنَنِكَ وَأَنَا
لَمْ أَحِدْ عَنْ سُنَنِكَ ٥٢ ذَكَرْتُ
أَحْكَامَكَ يَا رَبُّ مُنْذُ اَلْقَدِيمِ
فَتَعَزَّيْتُ وَكَانَتْ لِي أَدَبًا ٥٣ لَزِمَتْنِي
كَآبَةٌ مِنَ اَلْخُطَاةِ اَلَّذِينَ يَرْفُضُونَ
شَرْعَكَ ٥٤ وَصَايَاكَ كَانَتْ
قِرَاءَتِي فِي غُرْبَتِي ٥٥ فِي اَللَّيْلِ
ذَكَرْتُ اسْمَكَ يَا رَبُّ وَحَفِظْتُ
سُنَنَكَ ٥٦ هَذَا صَارَ لِي لِأَنِّي
اِبْتَغَيْتُ وَصَايَاكَ ٥٧ أَنْتَ حَظِّي
يَا رَبُّ إِذَا حَفِظْتُ وَصَايَاكَ ٥٨

promiſiſti ei. 50 Ipſe
eſt cõſolatio mea in
humilitate mea, qm̄
ſermo tuꝰ viuificauit
me. 51 Magnificantes
ſe declinauerũt à iuri
bꝰ tuis, & ego nõ de-
clinaui à iuribus tuis.
52 Recordatꝰ ſum, ò
Dñe, iudicia tua ab i-
nitio, & cõſolatꝰ ſum,
& fuerunt mihi eru-
ditio. 53 Adhæſit mi
hi mœror ꝓpter pec
catores, ꝗ reſpuũt le-
gem tuã. 54 Mãdata
tua fuerũt lectio mea
in peregrinatione
mea. 55 In nocte re-
cordatus ſum nomi-
nis tui, ò Dñe; & cuſto
diui iura tua. 56 Hoc
factũ ē mihi, ꝗa appe
tiui mandata tua. 57
Tu es portio mea, ò
Dñe mi, cũ cuſtodie
ro præcepta tua. 58

Quæſiui faciē tuā in
toto corde meo:miſe
rere mei ſm̄ ſermonē
tuū. 59 Cogitaui vias
tuas, & direxi pedes
meos ad teſtimoniū
tuū. 60 Paraui me, &
non retraxi me à cu-
ſtodia mādatorū tuo
rū. 61 Cōſtrīxerūt me
retia peccatorū, & n̄
ſū oblit⁹ iura tua. 62
Expgiſcebar īmedia
nocte, & laudabā te
de iudicijs æquitatis
tuę 63 Ego cōiunct⁹
ſū cultorib⁹ tuis, & cu
ſtodiētibus mandata
tua. 64 Et terra plena
eſt miſericordię tuæ,
ò Dñe: doce me æqui
tatem tuam. 65 Fac, ò
Dñe mi, ſeruo tuo bo
num, ſm̄ ſermonem
tuū. 66 ītelligere fac
me bonitatē, & diſci
plinam, & ſciētiam:

طلبت وجهك بكل قلبي فارحمني
كقولك 59 وفكرت في طرقك و
صرفت قدمي الى شهاداتك 60
استعددت ولم انغص لحفظ
وصاياك 61 عقلتني مصايد
الخطاة ولم انس سنتك 62 كنت
استيقظ في نصف الليل واسبحك
على احكام عدلك 63 انا قرين
اتقيائك وحافظي وصاياك 64
والارض مملوءة من رحمتك يا
رب فعلمني عدلك 65 اصنع يا
رب بعبدك خيرا كقولك 66
افهمني صلاحا وادبا ومعرفة

لأني صدقت وصاياك 67 أذنبت
قبل خضوعي لذلك حفظت
كلامك 68 أنت صالح يا رب
وبصلاحك علمني عدلك 69
كثر علي ظلم المتعظمين وأنا
بكل قلبي أفحص عن وصاياك
70 غلظت قلوبهم مثل اللبن
وأنا كنت أتلو سننك 71
الصلاح لي في التواضع لكي
أتعلم وصاياك 72 سننك عندي
أفضل من ألوف الذهب و
الفضة 73 يداك صنعتاني و
جبلتاني فأفهمني لأتعلم

quia ego credidi mã
datis tuis. 67 Deliqui
ante ſubiectionem
meam, propterea cu
ſtodiui eloquiũ tuũ.
68 Tu es bon⁹, ò Dñe
mi, & propter boni-
tatem tuã doce me
æquitatem tuam. 69
multiplicata eſt ſup
me oppreſſio ſuper-
borum, & ego in
toto corde meo ſcru
tabor d mãdatis tuis.
70 Cõdẽſata sũt cor-
da eoꝝ veluti lac, & e-
go meditabar iura
tua. 71 Bonitas eſt mi
hi in humilitate, vt
diſcã mandata tua.
72 Iura tua apud me
ſunt meliora milli-
bus auri, & argenti.
73 Manus tuæ fece-
runt me, & finxe-
runt me: intelligere
fac me, vt diſcam

mādata tua.74 Vide
būt me timētes tui, &
exultabūt, q̄a ego ſpe
raui ſermonē tuū.75
Cognoui, ò Dñe, q̄ iu
dicia tua ſūt æqua, &
cū veritate humilia-
ſti me.76 miſericor-
dia tua cōſoletur me,
ſm̄ ſermonē tuū, ſer-
uo tuo.77 Cooperiat
me clementia tua, &
viuam, quoniā ego le
ctitor iura tua. 78
Confundātur ſuper-
bi, q̄m deliquerunt
cōtra me iniquè. Ego
ſollicitus ero in man
datis tuis. 79 Reci-
piāt me electi tui, &
ſcientes teſtimonia
tua. 80 Erit cor meū i
veritatibus tuis ſine
macula, vt nè cōfun
dar. 81 Cōcupiuit aīa
mea ſalutē tuā, & ſpa
ui ſermonem tuum;

وَصَايَاكَ 74 تَرَانِي خَائِفُوكَ
وَيُسَرُّونَ لِأَنِّي رَجَوْتُ قَوْلَكَ
75 عَلِمْتُ يَا رَبُّ أَنَّ أَحْكَامَكَ
عَادِلَةٌ وَبِالْحَقِّ أَذْلَلْتَنِي فَلْتَكُنْ 76
رَحْمَتُكَ تُعَزِّينِي كَمِثْلِ قَوْلِكَ
لِعَبْدِكَ 77 لِتَعْطِفْنِي رَأْفَتُكَ
فَأَحْيَا لِأَنِّي أَدْرُسُ سُنَّتَكَ 78 لِيَخْزَ
الْمُتَعَظِّمُونَ لِأَنَّهُمْ أَثِمُوا إِلَيَّ ظُلْمًا
أَنَا أَهْتَمُّ بِوَصَايَاكَ 79 فَلْيَقْبَلْنِي
أَتْقِيَاؤُكَ وَعَارِفُوا شَهَادَاتِكَ 80 لِيَكُنْ
لِيَكُونَ قَلْبِي فِي حُقُوقِكَ بِلَا
عَيْبٍ لِكَيْلَا أَخْزَى 81 تَلِفَتْ نَفْسِي
إِلَى خَلَاصِكَ وَأَرْجُو قَوْلَكَ

82 نصبت عيناي لقولك
قايلتين حتى متى تعزيني 83
صرت مثل زق في جليد ولم انس
حقوقك 84 كم هي ايام عبدك
حتى متى تنتقم بالحكم من الظالمين
لي 85 اخبرني المخالفون باخبار
ليست من سنتك 86 جميع
وصاياك صادقة عادوني ظلما
فكن لمعونتي 87 كادوا يهلكونني
من الارض وانا فلم انس وصاياك
88 كمثل رحمتك احيني لاحفظ
شهادة فيك 89 وكلمتك يارب دايمة
في السماء 90 وامانتك الى الابد

82 Fixi ſũt oculi mei
erga ſermonẽ tuũ di
cẽtes, quouſq; cõſola
beris me? 83 Fact⁹ ſũ
veluti vter ĩ glacie,&
nõ ſũ oblit⁹ veritates
tuas. 84 Quot ſũt dies
ſerui tui? quouſq; vin
dicabis in iudicio op
primẽtes me? 85 Nar
rauerũt mihi inobe-
diẽtes narrationes, q̃
nõ ſũt ex iurib⁹ tuis.
86 Vniuerſa mãdata
tua vera ſũt, tyrãnicè
inimicati ſunt mihi,
eſto ĩ adiutoriũ meũ
87 Paulo min⁹ pdide
rũt me de terra, & e-
go nõ ſũ oblit⁹ mãda
ta tua. 88 Sm̃ miam
tuã viuifica me, vt cu
ſtodiã teſtimoniũ o-
ris tui. 89 Verbũ tuũ,
ò Domine mi, per-
petuũ eſt in cęlo, 90
&fides tua in ęternũ,

& in ſæculum funda
ſti terram, & firma-
ſti eam, 91 & impe-
rio tuo pſeuerat dies:
quoniam omnia sũt
mancipia tua. 92 Ni-
ſi lectitaſſé iura tua,
periiſſem in humili-
tate mea 93 ĩ ęternũ
non obliuiſcar man
data tua: qm̃ in ipſis
viuificaſti me, ò Dñe
mi. 94 Ego sũ tibi, ò
Dñe; libera me quo-
niã ego volui manda
ta tua. 95 Peccatores
obſeruarũt me, vt p-
derent me, ego verò
percepi teſtimoniũ
tuum. 96 Vidi omni
perfectioni cõſuma-
tionem, & mandata
tua lata ſunt nimis.
97 Deus, dilexi iu-
ra tua, & tota die
mea meditor ea. 98
Intelligere feciſtime

وَٱلَّذِي أَسَّسْتَ ٱلْأَرْضَ وَ
أَتْقَنْتَهَا، 91 وَبِأَمْرِكَ تَدُومُ ٱلنَّهَارُ
لِأَنَّ ٱلْكُلَّ عَبِيدُكَ 92 لَوْلَا دَرْسِي
سُنَنَكَ هَلَكْتُ فِي تَوَاضُعِي 93
إِلَى ٱلْأَبَدِ لَا أَنْسَى وَصَايَاكَ لِأَنَّ
بِهَا أَحْيَيْتَنِي يَا رَبِّ 94 أَنَا لَكَ
يَا رَبُّ فَنَجِّنِي لِأَنِّي ٱبْتَغَيْتُ
وَصَايَاكَ 95 وَٱلْخُطَاةُ رَصَدُونِي
لِيُهْلِكُونِي فَتَفَهَّمْتُ شَهَادَاتِكَ
96 رَأَيْتُ لِكُلِّ تَمَامٍ ٱنْقِضَاءً
وَوَصَايَاكَ وَاسِعَةٌ جِدًّا
97 أَللَّهُمَّ إِنِّي أَحْبَبْتُ سُنَنَكَ
وَكُلَّ يَوْمِي أَتْلُوهَا 98 أَفْهَمْتَنِي

وَصَايَاكَ أَفْضَلَ مِنْ أَعْدَآئِي
لِأَنَّهَا ثَابِتَةٌ لِي إِلَى ٱلْأَبَدِ 99
عَلَّمْتَنِي أَكْثَرَ مِنْ جَمِيعِ
ٱلْمُعَلِّمِينَ لِأَنِّي أَدْرُسُ سُنَنَكَ 100
فَهِمْتُ أَكْثَرَ مِنَ ٱلشُّيُوخِ لِأَنِّي
ٱبْتَغَيْتُ وَصَايَاكَ 101 مَنَعْتُ
قَدَمَيَّ مِنْ كُلِّ طَرِيقٍ سُوءٍ لِكَيْمَا
أَحْفَظَ كَلَامَكَ 102 وَلَمْ أَحِدْ عَنْ
أَحْكَامِكَ لِأَنَّكَ عَلَّمْتَنِي سُنَنَكَ
103 كَلَامُكَ حُلْوٌ فِي نُطْقِي أَفْضَلَ
مِنَ ٱلشَّهْدِ فِي فَمِي 104 فَهِمْتُ
وَصَايَاكَ عِنْدَ ذَلِكَ شَنِئْتُ جَمِيعَ
طُرُقِ ٱلْآثِمَةِ لِأَنَّكَ وَضَعْتَ لِي

mandata tua melius
quã inimicos meos,
quoniã ipſa ſunt fir
ma mihi in æternũ.
99 Docuiſti me pluſ
quàm omnes docto-
res; quia ego lectito
iura tua. 100 Intelle-
xi pluſquam ſenes;
quia ego volui man-
data tua. 101 Prohi-
bui pedes meos ab
omni via mala, vt cu
ſtodiam eloquium
tuum; 102 & non
declinaui à iudicijs
tuis, quia tu docui-
ſti me iura tua. 103
Eloquium tuum dul
ce eſt in pronun-
ciatione mea pluſ-
quam fauus in ore
meo. 104 Intelle-
xi mandata tua;
tunc odiui omnes
vias iniquorum;
quia tu poſuiſti mihi

contēptio
uilitas

legē 105 sermo tuꝰ,fa
ces pedibꝰ meis,&lux
ī ſemitis meis.106 Iu-
raui,& cōſtitui,vt cu
ſtodirē iudicia æqta
tis tuę.107 Magnifica
ta ē* humilitas mea
valde,ò Dn̄e mi, viui
fica me sm̄ ſermonē
tuū. 108 Acqeſce in
ſermone meo,ò Dn̄e,
& doce me iudicia
tua.109 Aïa mea ī ma
nibꝰ tuis ī oī tpe,&nō
ſum oblitꝰ leges tuas.
110 Fixerūt mihi pec-
catores laq̄um, & nō
declinaui à mādatis
tuis. 111 Hęreditaui te
ſtimoniū tuū in æter
nū,qm̄ ī ipſo gauiſa ē
aïa mea.112 Inclinaui
cor meū,vt facerē sm̄
ęquitatē tuā propter
retributionē æternā.
113 Odiui iniquos,
& leges tuas dilexi.

ناموسنا 105 قولاتك مصابيح
لقدمي ونور في سبلي 106
اقسمت واقمت لاحفظ احكام
عدلك 107 عظم ذلي جدا يا رب
فاحيني كقولك 108 ارض عن
قولي يا رب وعلمني احكامك 109
نفسي بيدك في كل حين ولم انس
سننك 110 نصب لي الخطاة فخا
ولم احد عن وصاياك 111 ورثت
شهاداتك الى الابد لان بها
بهجت نفسي 112 املت قلبي
لاعمل بعدلك لمجازاة مؤبدة 113
ابغضت الاثمة وسننك احببت

114 أَنْتَ مُعِينِي وَمَلْجَايَ وَ
عَلَى كَلَامِكَ تَوَكَّلْتُ 115 اِحِيدُوا
عَنِّي أَيُّهَا ٱلْأَشْرَارُ لِأَفْحَصَ عَنْ
وَصَايَا ٱلَاهِي 116 أَعْضُدْنِي
بِكَلِمَتِكَ فَأَحْيَا وَلَا تُخَيِّبْ رَجَايَ
117 اُنْصُرْنِي فَأَسْلَمَ وَأَتْلُوَ وَصَايَاكَ
فِي كُلِّ حِينٍ 118 رَذَلْتَ جَمِيعَ
ٱلضَّالِّينَ عَنْ وَصَايَاكَ لِأَنَّ
فِكْرَهُمْ ٱلظُّلْمُ 119 عَدَدْتَ كُلَّ
ٱلْخُطَاةِ فِي ٱلْأَرْضِ كَفَسَقٍ لِذَلِكَ
أَحْبَبْتُ شَهَادَاتِكَ فِي كُلِّ حِينٍ
120 اِقْشَعَرَّ جِسْمِي مِنْ خَشْيَتِكَ
لِأَنِّي خِفْتُ أَحْكَامَكَ 121 صَنَعْتُ

114 Tu es adiutor
meꝰ, & refugiũ meũ,
& in eloquio tuo cõ-
fiſus sũ. 115 Declina
te à me, ò mali, vt in-
ueſtigem mandata
Dei mei. 116 Fulci me
verbo tuo, & viuam,
& ne fruſtres ſpem
meam. 117 Auxiliare
mihi, atque euadam,
& meditabor man-
data tua omni tem-
pore. 118 Contempſi
ſti omnes aberrãtes
à mandatis tuis, quo-
niam cogitatio eorũ
oppreſſio. 119 Repu
taſti omnes peccato-
res in terra infide-
les, propterea dilexi
teſtimonia tua in
omni momento.
120 Horruit corpus
meum ob timorem
tuum, quia timui iu-
dicia tua. 121 Feciſti

æquitatẽ, & iuſtitiã:
nè tradas me oppri-
mẽtib. me. 122 cõcede
famulo tuo bona, vt
nè inſultẽt mihi ma-
gnificãtes ſe. 123 De-
fixi aſpectũ meũ in
ſalute tua, & ſermone
tuo ęqſſimo; 124 fac
cũ ſeruo tuo ſecũdũ
miam tuã, & edoce
me ęqtatẽ tuã. 125 e-
go ſeru⁹ tu⁹ ſũ: intelli
gere fac me, vt ſciã te
ſtimonia tua. 126
Hoc eſt tempus, in
quo colẽdus eſt De⁹.
Doce me leges tuas,
quia iã annullarũt le
ges tuas; 127 pro-
pterea dilexi man-
data tua plusquam
aurum, & gemmas:
128 ꝑpter hoc quæ-
ſiui omnia mandata
tua, & odi omnes
vias iniquorum. 129

العدل والبر فلا تسلمني للظالمين
لي 122 أنعم على عبدك بالخيرات
لئلا يبغي على المتعظمون 123
نصبت بصري إلى خلاصك و
قولك العدل 124 اصنع بعبدك
كرحمتك وعلمني عدلك 125 أنا
عبدك فافهمني لأعرف شهاداتك
126 هذا زمان يعبد فيه الرب
